Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



deebat ut nobis esset pontifex sanctus · innocens · impollutus ·
segregatus a peccatoribus · et excelsior celis factus · qui non
habet cotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius
pro suis delictis hostias offerre · Deinde pro populi · Hoc enim
fecit semel · se offerendo dans deus noster · Lectio · ad
Ebreos · Omnis pontifex ex hominibus hebreos
assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt
ad deum · ut offerat dona et sacrificia pro peccatis · qui condo
lere possit his qui ignorant et errant · quoniam et ipse circum
datus est infirmitate · et propterea debet quemadmodum pro
populo · ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis nec quisque
sibi sumit honorem · sed qui vocatur a deo tamquam aaron ·
Sic et xpc non semetipsum clarificavit · ut pontifex fieret · sed
qui locutus est ad eum · filius meus es tu ego hodie genui
te · quemadmodum et in alio loco dicit · Tu es sacerdos in et
ternum secundum ordinem melchisedech · ad hebreos
Fratres · Doctrinis variis et peregrinis · nolite abduci · Optimum est cum gratia stabilire cor · non escis que
non profuerunt ambulantibus in eis · Habemus altare de quo
edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt · Quorum
enim animalium inferitur sanguis pro peccato in sancta per pontifi
cem · horum corpora cremantur extra castra · Propter quod
et ihc · ut sanctificaret populum sanguine suo · extra portam
passus est · Exeamus igitur ad eum extra castra · improp
erium eius portantes · Non enim habemus hic manentem
civitatem sed futuram inquirimus · Per ipsum ergo offera
mus hostiam laudis semper deo · id est fructum labiorum con
fitentium nomini eius · Beneficentiae autem et communi
cationis nolite obliuisci · Talibus enim hostiis · placet deus ·